



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Iustitia Et Iure ceterisq[ue] Virtutibus Cardinalibus**

**Lessius, Leonardus**

**Antverpiæ, 1632**

6 Quæ sint luxuriæ species.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72459](#)

rentia effutit. Vide diuum Thomati art. 5. ad 4.  
& D. Hieronymum in c. 5. ad Ephesios, vbi ex-  
plicit quid sit stultiloquium, & scurrilitas.

## DVBITATIO VI.

Quae sint luxuria species.

D. Thom. quest. 154. art. 1.

<sup>45</sup> Species luxuriae. **D**iuus Thomas ex Gratiano 36. q. 1. cap. Lex illa, sex species luxuriae assignat; *fornicatio*, *nem*, *adulterium*, *incestum*, *stuprum*, *raptum*, & *vi- tium contra naturam*. cuius numeri ratio vt intel- ligatur, Notandum est, principalem actum vene- reum, ad quem reliqui referuntur, esse spermati- fin, seu seminatio nem: in quo dupliciter potest committi inordinationis. Primo, Quoad substan- tiam illius actus: vt cum non fit in organo natura- li, vel cum persona legitima. Secundo, Quoad modum, vel alias circumstantias; vt cum inter coniuges in eo tantum peccatur, quod debitus modus in congressu, aut debita moderatio, vel congruum tempus, aut locus non seruetur, &c. Luxuria generatim utramque inordinationem complectitur, sed hinc accipitur, & assignantur ei species vt dicit inordinationem quoad substan- tiam actus: haec enim absolute vocatur luxuria, estque peccatum secundum speciem suam letale. Inordinatio quoad modum, per se est solùm luxuria secundum quid, & peccatum veniale in ra- tione luxuriae; quamvis ratione sacrilegij annexi, vel scandali, vel praui affectus possit esse morti- fera; vt bene ostendit Caeteranus in art. primum. Hinc solitas plurima, quae hinc objicit Martinus.

<sup>Ratio ista-</sup> <sup>Quonodo</sup> <sup>deca-</sup> <sup>specie-</sup> <sup>piu,</sup> <sup>inpro,</sup> <sup>Religionem:</sup> <sup>in</sup> <sup>adulterio,</sup> <sup>in</sup> <sup>sacrilegio,</sup> <sup>contra</sup> <sup>pietatem,</sup> <sup>qua</sup> <sup>pa-</sup> <sup>rentibus &</sup> <sup>sanguine iunctis debitam reverentiam</sup> <sup>desert.</sup> <sup>Fieri autem nequit vt circumstantia vel de-</sup> <sup>formitas, qua est contra aliud genus virtutis, ita</sup> <sup>contrahat malitiam luxuriae, vt simul cum ea pro-</sup> <sup>priè dictam speciem constituat. vna enim species</sup> <sup>non potest esse in diversis generibus: nec vnum</sup> <sup>genus potest contrahi per differentiam alterius</sup> <sup>generis. itaque circumstantia propriam luxuriae</sup> <sup>speciem constituens deber addere deformitatem,</sup> <sup>qua solùm sit contra castitatem; qualis est circum-</sup> <sup>stantia iusti debiti, & personarum debito vin- culo non cennexarum. Hinc infert Caeteran. hu-</sup> <sup>sunt sub</sup> <sup>duplici ge-</sup> <sup>nere.</sup>

Vtrum tamen stuprum sit species distincta à simplici fornicatione, quando puella consentit, dictum est suprà cap. 10. dub. 1.

*Sacrilegium* concubitum referte diuum Thomas ad adulterium; quia persona sacra connubio quo- dam spirituali Deo sunt coniunctæ.

Inordinatio, quae in tactibus & osculis impuris sita est, & *impudicaria* dici solet, refertur ad illam speciem, ad quam disponit; vt si fiat cum alterius coniuge, refertur ad adulterium; si cum consanguinea, ad incestum.

*An sit alii-* <sup>Cup dicantur</sup> *species* <sup>luxuriae</sup> *potius quam iniustitia, vel sacrilegij,* <sup>speciebus</sup> *ob duas causas. Prior est, quam ad fert D. Tho-* <sup>luxuriae.</sup> *mias, quia luxuria magis est formalis, cum se ha-* <sup>beat in illis peccatis per modum finis: iniustitia</sup> *verò & sacrilegium magis se habet materialiter* <sup>et per accidens. adulterium enim committitur</sup> *non vt fiat iniuria, sed propter voluptatem carnal-* <sup>em: similiter sacrilegium, & alia species. Quod</sup> *si quis adulterium committeret eo fine vt contumeliam inferat marito; vel sacrilegium concubitum,* <sup>ad</sup> *vt iniuriam Deo vel rebus sacris, &c. tunc* <sup>potius dicentur species iniustitiae, vel irreligio-</sup> *nitatis, quam luxuria: quia finis non esset luxuria,* <sup>speciebus</sup> *sed iniuria & violatio rei sacre: luxuria autem* <sup>naturali-</sup> *peccatum se habebet in infar medijs. Altera causa est,* <sup>bus.</sup> *quia illa peccata committuntur in materia luxuriae, & per actum eius, & ita potius dicuntur species luxuriae, quam iniustitiae, &c. luxuria enim magis ibi elucet. In raptu tamen res paulò aliter se habet; nam iniuria precedit, & luxuria sequitur.*

Resp. Hoc peccatum pertinere ad sacrilegium: quia illa coniunctio est prohibita in honorem Christianissimi ab Ecclesia. Simili modo, quando

ex aliqua alia causa est inhabilitas seu impedimentum ditimens constitutum ratione peculiaris inordinationis, qua reperitur in copula, ad aliquam ex predictis speciebus reducitur. v.g. si est inhabilitas ratione publice honestatis, ad incestum; ob speciem quamdam affinitatis: si ratione cognitionis spiritualis, ad incestum, vel ad sacrilegium: si ratione cognitionis legalis, qua ex adoptione, ad incestum: si ratione impotenciae, ad peccatum contra naturam. Vbi autem inhabilitas illa non est inducta ob peculiarem inordinationem in copula, sed ob aliam causam, v.g. ob crimen, ignorantiam, mecum; est simplex fornicatio: vt cum est impedimentum criminis, vel metus, vel erroris personæ, aut conditionis servilis, vel raptus. Circa predicta

Notandum ex Caiet. art. 1. *adulterium, incestum, stuprum, stuprum, & sacrilegium* non esse propriæ & metaphysicæ species luxuriae, sed solùm morali & vulgata ratione loquendi, qua minùs communia species dicuntur, etiam si solùm per accidens com- munem aliquam rationem contrahant. Nam de- formitas, quam addit circumstantia illa persona vel loci luxuriam contrahens, non est contra casti- tatem, sed contra aliam virtutem: in *adulterio,* <sup>34.</sup> *Quonodo* <sup>deca-</sup> *piu,* <sup>inpro,</sup> *contra iustitiam: in sacrilegio,* <sup>speciebus.</sup> *contra Religionem: in incestu,* <sup>deca-</sup> *contra pietatem, qua pa-* <sup>rentibus &</sup> *sanguine iunctis debitam reverentiam* <sup>desert.</sup> *Fieri autem nequit vt circumstantia vel de-* <sup>formitas, qua est contra aliud genus virtutis, ita</sup> <sup>contrahat malitiam luxuriae, vt simul cum ea pro-</sup> <sup>priè dictam speciem constituat. vna enim species</sup> <sup>non potest esse in diversis generibus: nec vnum</sup> <sup>genus potest contrahi per differentiam alterius</sup> <sup>generis. itaque circumstantia propriam luxuriae</sup> <sup>speciem constituens deber addere deformitatem,</sup> <sup>qua solùm sit contra castitatem; qualis est circum-</sup> <sup>stantia iusti debiti, & personarum debito vin- cculo non cennexarum. Hinc infert Caeteran. hu-</sup> <sup>sunt sub</sup> <sup>duplici ge-</sup> <sup>nere.</sup>

*in* <sup>Cup dicantur</sup> *luxuriae* <sup>speciebus</sup> *potius quam iniustitia, vel sacrilegij,* <sup>luxuriae.</sup> *ob duas causas. Prior est, quam ad fert D. Tho-* <sup>luxuriae.</sup> *mias, quia luxuria magis est formalis, cum se ha-* <sup>beat in illis peccatis per modum finis: iniustitia</sup> *verò & sacrilegium magis se habet materialiter* <sup>et per accidens. adulterium enim committitur</sup> *non vt fiat iniuria, sed propter voluptatem carnal-* <sup>em: similiter sacrilegium, & alia species. Quod</sup> *si quis adulterium committeret eo fine vt contumeliam inferat marito; vel sacrilegium concubitum,* <sup>ad</sup> *vt iniuriam Deo vel rebus sacris, &c. tunc* <sup>potius dicentur species iniustitiae, vel irreligio-</sup> *nitatis, quam luxuria: quia finis non esset luxuria,* <sup>speciebus</sup> *sed iniuria & violatio rei sacre: luxuria autem* <sup>naturali-</sup> *peccatum se habebet in infar medijs. Altera causa est,* <sup>bus.</sup> *quia illa peccata committuntur in materia luxuriae, & per actum eius, & ita potius dicuntur species luxuriae, quam iniustitiae, &c. luxuria enim magis ibi elucet. In raptu tamen res paulò aliter se habet; nam iniuria precedit, & luxuria sequitur.*

Ex dictis sequitur, malitiam luxuriae in predictis speciebus naturalibus, qua aliis virtutibus *luxuriae in* <sup>Malitia in</sup> *opponuntur, si præcisè consideretur qua castitati* <sup>speciebus</sup> *repugnat, esse eiusdem rationis, & pertinere ad* <sup>naturali-</sup> *for-*

diuersam grauitatem sortiatur, vt ex D. Thoma art. 1. colligitur. nam quod quis plura vel grauiora peccata in se admittere paratus est affectu venere voluptatis, eo affectus ille est peior. nam in illo tamquam in causa continentur. vnde inferit, illas circumstantias, et si sunt contra alias virtutes, non tamen omnino per accidens se ad luxuriam habere. vide Caetanum.

## DUBITATIO VII.

Vtrum fornicatio sit peccatum mortiferum.

**47** **Q**uidam hæretici docuerunt fornicationem non esse peccatum. Ita Nicolaitæ, & mulier illa, quæ se Propheten dicebat temporibus Apostolorum; de quibus Apocalyp. 2. & Gnostici, qui etiam alias impuritates admittabant; vnde dicti Borboritæ; de quibus Epiphanius hæres 26. Et Graeci schismatici, teste Guidone in Catalogo. Denique nostri temporis Anabaptistæ, qui non solum fornicationem, sed etiam promiscuum concubitum, spiritu instigante, permittunt, & pratrant.

*Fornicationem esse peccatum mortiferum.* Sed fide tenendum est, esse peccatum mortiferum. Probatur Primò ex Scripturis: 1. ad Corinth. 6. *An nescitis quia iniquum regnum Dei non possidebunt?* Nolite errare; neque fornicari, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, &c. regnum Dei possidebunt. Ad Galat. 5. *Manifesta sunt opera carnis; que sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, &c. que prædicto vobis sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt.* Ad Ephel. 5. *Hoc autem scitote intelligentes, quod non orans fornicator, aut immundus, aut anarus, quod est idolorum servitus, non habet hereditatem in regno Christi & Dei.* nemo vos seducat in manibus verbis, &c.

Idem docent omnes Patres, & DD. Scholastici.

Nec obstat, quod aliqui Iurisperiti concubinatum dicant esse *coutum legitimum*: ita Bartolus in L. penult. 7. de concubinis, & quidam alij; quia solum volunt dicere, legibus permitti, & non puniri: vt enim in d. L. penult. dicitur, *quia concubinatus per leges nomen assumpit, extra legis panam est.* vnde melius diceretur esse lege permisum, quam legitimum; vt notat Cou. de Ipsilonibus, p. 1. c. 4. n. 8.

Vt autem ratione proberetur, Notandum est, sicut Deus institutus id quod erat necessarium ad prolem concipiendam & pariendam, nimirum vim generandi & organa opportuna, ita etiam instituit id quod erat necessarium ad prolem recte educandam, & promouendam ad perfectum statum hominis. nam finis generationis humana est proles perfecta: hoc autem est vinculum infusibile maris & feminæ, posito mutuo consensu, quod matrimonium vocamus: sine enim tali vinculo, humano more fieri non poterat vt proles recte educaretur; cum ad hoc non solum materna, sed etiam paterna cura sit necessaria. vnde etiam in aliis animantibus, vbi vtriusque parentis cura ad sobolis educationem requiritur, ( vt in feras quibusdam, & in avium genere) videmus quamdam matrimonij speciem in maris & feminæ societate, nec eas vt vago concubitu. Et sanè nisi hunc instinctum & inclinationem accepissent, non fuisset illis in necessariis ad speciem propagandam & conseruandam satis prospicuum: nam tere semper soboles moreretur, cum mater illi educanda & fouenda sola non sufficiat. Simili-

**48**  
*Sicut vis  
gignendi,  
ita etiam  
matrimo-  
nium à  
Deo.*

modo, nisi in genere humano esset illud vinculum, proles raro bene posset educari, & ad statum hominis perfectum adduci; nam cura paterna plerumque abesset; vt experientia docet.

His positus, si possumus ratiocinari: In fornicate prætermittitur illa conditio, quam natura *Probatus lex in generatione humana ad eius finem, qui est ratione.*

bona proliis institutio, obtainendum requirit; ac proinde ipsa repugnat illi fini: arqui hæc inordinatio est grauis & in re graui: ergo est peccatum mortiferum.

Nec refert quod incommode proliis educandæ *Extrinsica* alia ratione possit occurri; vt si cum certa pensione *tronis* non sufficit.

constitutatur vir probus, qui curam proliis suscipiat; tum quia in paucioribus locum habet, nimis in diuitiis: & ita his solis, non autem pauperibus licita, vel non mortifera erit fornicatio; & quod quis erit diutor, eo cum pluribus fornicari poterit; qua sunt absurdâ. tum quia id non tollit inordinationem quam actus per se habet, quatenus in eo prætermittitur illa conditio personarum, quam ipsa natura instituit, & requirit in illo actu ad proliis suscipiendo perfectionem. Confirmatur, quia sicuti esset graui inordinatio in natura rerum, si animantes, quæ habent instinctum vt certis utantur coniugis, inciperent vago modo coniungi: ita etiam censenda est graui inordinatio, si homines vago concubitu utantur. sicut enim natura humana est sublimior quam brutorum, & eius conueniens propagatio, institutio, & perfectio est maximi momenti: ita etiam vinculum coniugij est sublimius, & magis necessarium ad actum generationis; ac proinde maior erit peruersio recti ordinis, si ille actus sine eo fiat.

Hinc sequitur, fornicationem Iure naturæ non solum esse malum; sed etiam esse graue malum, & consequenter peccatum mortiferum: quia carcer conuenienti ordine & habitudine, quam natura requirit ad proliis educationem & perfectionem; qua habitudo est magni momenti, sicut & proliis bona instruacio.

Durandus in 4. dist. 33. q. 2. n. 10. faretur, fornicationem Iure naturæ esse quidem malam & inordinatam; non tamen esse malum, quod sit peccatum mortiferum; sed hoc habere a lege positum. *Opinio Durandi, Non esse Iure naturæ peccatum mortiferum.* Ratio ipsius est, *Quam fornicatio simplex non ferum.* meretur mortem aeternam secundum legem naturalem; quia lex naturalis nihil dici, nec nominat aliquid de morte aeterna: & idei quod fornicatio simplex sit peccatum mortale, hoc procedit ex Jure diuino pluribus locis expresso. Eiudem sententia est Martinus à Magistris apud Caetan. art. 2. licet non ob rationem Durandi; sed quia quando educationi proliis aliunde prospicitur, non videtur graui inordinatio. Confirmatur, quia neque est contra dilectionem Dei, neque proximi, neque sui ipsius.

Sed fatus ostensum est hanc inordinationem *Refutatur.* esse grauem, cum sit omissione debiti ordinis, quæ Iure & instituto naturæ est necessaria in illo actu ad proliis complementum. Et sane si leuis esset Iure naturæ, Ius diuinum superueniens non efficeret grauem, sed relinqueret eam in suo gradu. nam Deus prohibens aliquid Iure naturæ illicitum, non facit illud peius, sed eius malitiam inculcat, & expelliens proponit: non enim ideo malum est quia prohibetur; sed quia malum, ideo prohibetur; vt patet in mendacio, verbo otioso, & similibus, quæ ex genere suo levia sunt.